

ANNO DOMINI DCCCLXVIII.

# THEUDOINUS

## CATALAUNENSIS PRÆPOSITUS.

### NOTITIA EX FABRICIO.

TREUDOINUS, præpositus Catauaucensis, anno 868 scripsit epistolam ad Almannum monachum Altivillarensem prope Rhemos, ut Vitam sancti Memmii episcopi Catalaunensis primi describeret. Edita est a Mabillonio, Vet. Analect. p. 423, ex quo desumpsimus.

# THEUDOINI

## AD

# ALMANNUM MONACHUM ALTIVILLARENSEM

## EPISTOLA,

*De scribenda Vita sancti MEMMII, episcopi Catalaunensis primi.*

Dilectissimo fratri ALMANNO, monacho vrofessione, A cessit, tanquam sponsus de thalamo suo. Didicisti et per gratiam Dei hiereo.

In lege Domini die ac nocte meditari, non cedit in cassum in oculis divinæ majestatis. Ideoque operæ pretium duxi tuam commonefacere charitatem, ut quoniam ab ineunte ætate in loco religioso nutritus, in hoc maxime operam dedisti, ut in nullo expers grammatos, etiam vel hoc proficeres, ut nullatenus esses imperitus graphidos, dimittas nemus Angitiæ, et totum te cum auxilio divino transferas in vincis Engaddi. Certe nosti et vineam Sorech; audisti et patremfamilias, qui exiit primo mane, et per divisas horas, tamen præfixas, conducere operarios in vineam suam. Revera et in hoc mea sunt vota, ut vocatus vocatione secundum propositum Dei facta, etiam juxta pusillitatem alicujus igniculi tui laborare in Ecclesia Domini Sabaoth sine ulla interpolatione neque moreris, neque ulla dilatione gravetis. Est enim nobis mors velocissima, licet sit nobis nimium sapientia tanta [s. tarda]. Ergo accelerata in quibuscunque fultus præsidio veritatis, et in domo Domini aliquod rasculum [elabora]. Sunt enim in ea non solum vasa aurea et argentea, sed et lignea et stetilia, in sancta videlicet Ecclesia, quæ juxta prophetam Osee desponsata est tripliciter, primo ante legem in Abraham, secundo sub lege per Moysen, tertio autem sub gratia, ipso Domino veniente, et in utero virginali carnem virginem assumente, de qua pro-

B etiam quod cum bestiis agri et cum volatilibus cœli et cum reptilibus terræ disponerit Dominus pactum inire; et quod etiam per pastores Thecuae consulat Dominus vineæ suæ. Atque ut manifestius fiat quod aimus, noveris quod non absque occulta divine dispositionis providentia accidit, ablato mausoleo et aggere terræ semoto, perlustrasse nos beati Memmii sepulcrum in quadrangula et cæmentaria pretiosi corporis fossa: et hoc est factum jussu Regis CAROLI anno ab Incarnatione Domini 868, Indict. 1, viii Kal. Aprilis, quæ fuit quarta feria ante medianam Quadragesimam: ejusque sanctum sepulcrum est inventum minime ex ulla parte hærere ad terram; sed virtute omnipotentis Dei, apud quem merita tanti patroni B resurgent, in ipsa fossa veluti libratum in aera pendere quatuor digitis a terra. Quo miraculo stupefacta mortalium corda depromunt, dicentes: O quam magno pietatis studio cœlesti vitæ se conformem reddit, dum vixit in terra, cuius nunc tanta est gloria in cœlo, ut ejus sepulcrum, nedum corpus tangere, indignam se fateatur terra. Ejus sanctissimi viri vitam a tua devotione querimus innovandam: quæ diuturna vetustate et negligentia, velut in pittaciis, habetur pene consumpta. Ergo age, pro viribus nostræ petitioni favens esto: quatenus de tanto intercessore ad perpetuam salutem possis in cœlo gaudere.